

bertatem, dotem, testamentum et similia. Si verò delegati discordant, delegans est adeundus; si arbitri, neutra tenet.

IN SEXTO.—Ibi tit. XIV.

Cap. 1. *Cùm æterni*.—Judex, qui contra justitiam, et contra conscientiam aliquid in judicio fecerit in gravamen partis, per gratiam, vel per sordes, condemnandus est parti læsæ in æstimationem litis et per annum est suspensus; et perpetuò, si medio tempore ingerat se divinis, nisi Papa eum ipso dispenset.—Ista suspensio est à divinis et à jurisdictione.

2. *Ad Apostolicæ*.—Papa Imperatorem deponere potest ex causis legitimis.

3. *Abbate*.—Qui petit rem certam, causa expressa, si illam causam non probat, succumbit, licet aliam probet, maximè postmodum emergentem.

4. *Cùm ab uno*.—Si ex pluribus Judicibus, vel arbitris unus, aliis præsentibus et mandantibus, per verba pluralis numeri ferat sententiam, tenet sententia. Electio autem pronuncianda est per verba singularia.

5. *Etsi*.—Sententia est nulla:—1.º quando in scriptis non est prolata:—2.º quando Judex eam non recitat per se ipsum, (exceptis Episcopis et personis illustribus, quæ eam possunt recitare per alium):—3.º quando non recitat pro tribunali sedendo.

IN CLEMENTINIS.—Ibi tit. XI.

Cap. 1. *Ut columnis*.—Qui tres sententias contrarias in quavis causa reportavit, de illarum nullitate non agit; nec exceptit ipsarum exequutione non facta, et respicit etiam pendentia.

2. *Pastoralis*.—Sententia lata contra citatum extra citantis territorium existentem, nulla est ipso jure.

TIT. XXVIII.—DE APPELLATIONIBUS, RECUSATIONIBUS ET
RELATIONIBUS.

Cap. 1. *Dilecti*.—Collatio beneficii facta post appellationem ex probabili et verisimili causa interpositam, est ipso jure nulla.

2. *Inter*.—Appellatio generalis respectu causæ non valet.

3. *Ad nostram*.—A correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur.—Textus loquitur de regularibus tantum, sed juxta communem habet locum in correctione etiam aliorum subditorum; et regula hic firmata procedit quoad effectum suspensivum tantum, ut ex Trid. sess. 22. cap. 1. et sess. 24. cap. 10. de ref., non verò quoad effectum devolutivum post definitivam sententiam, et etiam antè, si gravamen sit irreparabile, sess. 13. cap. 1. et sess. 24. cap. 20., nunquam tamen suspen-

1 Innoc. IV. in Conc. Lugd.

2 Idem ibid.

3 Idem Præceptor. Hospital. S. Jo. Hierosol. in Hisp.

4 Bonif. VIII.

5 Idem.

1 Clem. V. in Conc. Vien.

2 Idem.

1 Alex. III. Exonen. Ep. et Decan. Lunden.

2 Idem Archiep. Raven.

3 Idem. Ab. S. Petri.

denda est exequutio. Vide Fagnan. hoc cap. num. 9. et Additiones meas hoc eod. tit. post num. 278.

4. *Personas*.—Si appellans intra terminum à Judice, à quo appellavit, vel à se ipso statutum, appellationem non prosequitur, sententiæ, vel iudicio illius stare compellitur.

5. *Cùm sit*.—Appellans ad prosequendum habet annum; et ex causa biennium, nisi Judex moderetur, et si intra id tempus non prosequitur, rata manet sententia, vel redit ad primum, si ante sententiam appellavit.—Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium.

6. *Ad hæc*.—Coram Judice à quo appellavi in una causa, possum in alia conveniri, nisi eum recusem ut suspectum. Vide cap. 22. infra.

7. *Si duobus*.—Si à Judice inferiori unus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem Judicis inferioris, saltè allegaturus appellationem suam: aliàs valebit processus à minori; nisi scivit appellationem interjectam ad Papam.—A civili Judice, qui non est de temporali jurisdictione Ecclesiæ, non appellatur ad Papam.

8. *Ex ratione*.—Lapsus biennii non præjudicat appellanti, quominus ex causa legitima audiatur; saltè per beneficium restitutionis in integrum.

9. *Meminimus*.—Si reus post citationem, vel notitiam litterarum ivit ad Curiam, delegatus in causa procedat, aliàs non. Concordat cap. *Suggestum*. 15 infra.

10. *Super*.—Supersedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest.—Non obstante appellatione ex falsa causa interposita, potest Judex ad ulteriora procedere.

11. *De appellationibus*.—Etiam pro minoribus, seu levioribus causis appellari potest.—Vide moderationem Elencho II. n. 53.

12. *Super*.—Secundum canones appellatur etiam ante sententiam. Secundum leges non, nisi in quibusdam casibus. Et appellatio et recusatio æquiparantur in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationalis, ita et in recusatione. Et tempus assignatum Judici ad causam decidendam, incipit currere à tempore præsentationis rescripti.—Quoad appellationem, vide notata supra cap. *Ad nostram* 3., et moderationem Elencho II. n. 56.

13. *Pervenit*.—Conventus super injuria clerici, vel super adulterio appellare potest, nisi sit notorius. Concordat cap. seq.

14. *Consuluit*.—Summatum est supra.

15. *Suggestum*.—Summatum est supra cap. IX.

4 Idem Norvic. Episc.

5 Idem Rhemen. Archiep.

6 Idem eidem.

7 Idem eidem.

8 Idem Pleb. et Cleric. S. Nazar.

9 Idem Vigor. Episc.

10 Idem eidem.

11 Idem eidem.

12 Idem.

13 Idem.

14 Idem Toletan. Archi. p.

15 Idem eidem.

15. *Ad presentiam.*—Excommunicatus pendente cognitione appellationis, absolvi potest ad cautelam, et si apparet eum legitime appellasse, non punitur pro eo, quod interim celebravit divina.

17. *Cum teneamur.*—Si appellans turbatur in possessione, super qua fuit appellatum, Judex à quo potest illam possessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente.

18. *Consuluit.*—Generalis et vaga appellatio respectu cujuslibet gravaminis non valet; sed restricta ad certam causam sit.

19. *Cum parati.*—Appellatio frivola non excusat inferiorem, quominus teneatur obedire superiori, et ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget.

20. *Ad hæc.*—Si mandatum factum ei, qui juravit stare judicio Ecclesie, excedit limites juramenti et licite promissionis, appellari poterit: alias secus.

21. *Quæstioni.*—Summa ut supra.

22. *Præterea.*—Appellans ab Ordinario, postea de delicto à se commisso puniri potest per ipsum Ordinarium. — Supple ad textum, idem esse de ante commissis, si nunc de illis accusatur, ut cap. *Ad hæc* 6. supra, et c. *Proposuit* infra. "

23. *Constitutis.*—Qui non detulit appellationi sui adversarii, de sua posteriori circa idem contra eum excipere nequit.

24. *Proposuit.*—Appellans ab Ordinario in una causa, in aliis coram eo respondere tenetur; potest tamen eum recusare et suspectum, nisi conveniatur de crimine manifesto, et in quo non cadit excusatio, nec suspicio, ut quia imponitur pœna juris surgens ipso facto.

25. *Qua fronte.*—Absolvitur excommunicatus, cautione recepta licet adversarius, vel excommunicator, ne absolvatur, appellet. — Hoc tamen limita, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia, vel offensa, quia tunc non debet absolvi, nisi satisfactione præcedente, ut in cap. *Ex parte* 1. infra de verbor. signif. "

26. *Reprehensibilis.*—Prælati subditum suspendere vel excommunicare non debet, nisi monitione præmissa: nec subditus contra disciplinam ecclesiasticam appellare potest, maximè si est Religiosus. Et Judex à quo præfigit terminum appellanti ad appellationem prosequendam; intra quem si non prosequitur, Judex à quo re-assumit jurisdictionem: appellans verò non prosequens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc prosequente. Vide notata in c. *Ad nostram* 3. supra. "

27. *Ad hæc.*—Judex à quo, non obstante appellatione, cognoscit de causa, si appellans non prosequitur. Et Judex ut suspectus recusatus, potest alteri causam committere.

- 16 Idem Eborac. Ep.
17 Idem Cantuar. Archiep.
18 Idem Bonon. Ep. et Archipresb.
19 Idem Zamor. Episc.
20 Idem Cantuar. Archiep.
21 Idem Carnoten. Episc.
22 Idem Wenion. Episc.

- 23 Idem Graden. Patriarch. et E. tit.
S. Vitalis. Presb. Card. et Prior.
S. Crucis.
24 Idem Eborac. Archiep.
25 Idem Richar. Cantuar. Archiep.
26 Idem in Conc. Later.
27 Idem.

28. *Pervenit.*—Si canonicus ad residentiam monitus appellat, statuitur sibi terminus ad appellationem prosequendam; et interim deservitur beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum; et si appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit, privatur præbenda. — Vide moderationem Elencho II. n. 57. "

29. *Consuluit.*—A Judice jurisdictionem exequire non appellatur.

30. *Ad hæc.*—Qui ante citationem, vel notitiam litterarum misit nuncium ad Papam, appellare potest, ne delegatus procedat: secus si post.

31. *De priore.*—Qui non detulit appellationi interpositæ ad Papam, mittitur cum litteris ordinarii ad Curiam puniendus.

32. *Quia.*—Contra constitutiones regulares appellatio Religiosum non defendit.

33. *Ad aures.*—Judex à quo potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, quo lapso, re-assumit Judex jurisdictionem.

34. *Ad audientiam.*—Si præcedente gravamine quis submittit se protectioni superioris, habetur pro appellante, dummodo servaverit ea, quæ in appellatione sunt necessaria.

35. *Accepta.*—Causa non est ad Judicem à quo remittenda, appellatione adhuc non justificata, nisi de partium consensu.

36. *Postremo.*—Delegatus etiam datus cum clausula appellatione remota, recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit advocatus ejus in illa causa.

37. *Ad hæc.*—Sententia interdicti non suspenditur per appellationem sequentem.

38. *Cum in Ecclesia.*—Judex appellationis remittit appellantem, et causam ad priorem Judicem; nisi sibi constiterit à gravamine vel injusta sententia fuisse appellatum.

39. *Directæ.*—Si appellans, qui non prosequitur, redit ad judicem à quo, et iterum gravatur, non obstante prima desertione, potest iterum appellare.

40. *Præterea.*—Sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti lata sub conditione, suspenditur, si ante conditionis eventum fuerit appellatum.

41. *Secundo.*—Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, et in uno removeatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. Causa suspensionis proponenda est coram Judice, qui recusatur, et probanda coram arbitris.

42. *An sit.*—Non tenetur Judex, vel adversarius deferre appellationi, cui non detulit appellans.

- 28 Idem Saribar. Episc. in Angl.
29 Idem Parisien. Ep. juxta Cujac.
30 Idem Jannen. Ep.
31 Idem Ebor. Archiep. juxta Cujac.
32 Idem Ab. Cisterc.
33 Idem.
34 Idem Abulen. Ep.
35 Idem Terrac. Archiep.
36 Luc. III. Lincoln. Episc. in Angl.
37 Idem Novar. Episc.
38 Clem. III.
39 Idem.
40 Cælest. III.
41 Idem.
42 Idem.

43. *Novit.*—Merus exequutor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modum excedat, maximè si est datus cum clausula *appellatione remota*. Vel sic: à Judice suspecto non receditur per appellationem, nisi modum excedat.

44. *Sæpe.*—Si appellatio recipitur à Judice, vel approbatur à parte, terminus ad eum prosequendum præfixus obtinet vicem peremptorii, ut in absentem procedatur, ac si peremptoriè fuisset citatus; nec talis terminus præveniri poterit ab aliqua partium.

45. *Constitutus.*—Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest Judex ex officio procedere in casibus, in quibus ejus officium exuberat.— Vide correctionem Elencho II. n. 38. "

46. *Constitutis.*—Contra electum, vel confirmatum nullum aliud jus expectantem, non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio, maximè frustratoria ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum; sed possessione habita, poterit accusari vel denunciari.

47. *Ex parte.*—Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, etiamsi sit scriptum, *appellatione remota*.

48. *Significavit.*—Licet appellat reus, si non auditur excipiens procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum; vel se prius conventum per alias litteras, de quibus non fit mentio in secundis.

49. *Significantibus.*—Licet appellat reus, si non auditur petens declarari rem petitam in libello.

50. *Ex insinuatione.*—Judex à quo, non potest statuere terminum ad finiendam appellationem; quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se præsentandum.

51. *Bonæ.*—Qui extra iudicium appellat ex verisimilibus et probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissæ.

52. *Dilecti.*—Itineris arreptio habet vim appellationis, si servantur ea, quæ servari debent in appellatione.

53. *Pastoralis.*—Per clausulam *appellatione remota*, inhibetur omnis appellatio, quæ à jure non indulgetur expressè.—Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, et beneficii redditibus spoliari.

54. *Sollicitudinem.*—Si appellans ad superiorem comparet coram Judice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, ipsi appellationi renunciare videtur; si autem protestetur, quod propter hoc non intendit

- | | |
|---|-------------------------------------|
| 45 Innoc. III. Philip. Rog. Franc. | 50 Idem Albricen. Ep. et de Luc. de |
| 44 Idem. | Monte Merel. Ab. Albricen. |
| 45 Idem Lemovic. et Cadure. Episc. | Diæc. |
| 46 Idem Cancell. Meten. in Belg. | 51 Idem Roffen. et Lendon. Ep. |
| 47 Idem Vigor. Ep. | 52 Idem N. S. Aug. et N. S. Georg. |
| 48 Idem P. Ep. et Decan. et Præceptor. Hersorden. | Priorib. Cantuar. |
| 49 Idem G. Archid. de Wilto Noman- | 55 Idem Ep. Helien. |
| do, et G. de Cretes Canon. Sues- | 54 Idem Episc. Parisien. |
| sion. | |

renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non est audiendus, nisi notorium sit actum illum esse injustum, super cujus emendatione adivit inferiorem.

55. *Dilectis.*—Per appellationem legitime interpositam principale cum accessoriis ad Judicem appel. defertur, et sententiæ excommunicationis et interdicti post appellationem latæ non tenent.

56. *Ut nostrum.*—Postquam Papa aliquam causam ad se revocat, non valet processus postea per minorem Judicem factus, sicut non valeret, si fuisset ab eo legitime appellatum.

57. *Oblatæ.*—Si terminum appellationis prosequendæ statutum ab homine, altera pars prævenit, hoc tacito, litteras impetrando, litteræ non valent, sed terminum juris etiam appellatus prævenire potest; dummodo nimium non præcurrat, et ubi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte prosequente, potest Judex *ad quem* supplere, partes compellendo ad prosequutionem.

58. *Per tuas.*—Altera parte contumaciter absente, potest Judex appellationis etiam principale negotium definire, si post litem contestatam fuerit appellatum.

59. *Ut debitus.*—Appellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabilem coram ipso Judice à quo: nec admittitur exceptio, quod prius miserat nuncium ad Sedem Apostolicam, vel quod litteras impetraverat, quæ nondum sunt Judici præsentatæ.

60. *Cum cessante.*—Si Judex, à quo est appellatum à gravamine, illud revocat, potest in principali causa procedere.

61. *Cum speciali.*—Volens Judicem recusare, debet coram eodem suspicionis causam probabilem proponere, et eam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata, sua jurisdictione Judex utitur in principali; ea verò probata, remittit negotium ad superiorem, vel causam committit de accusatoris consensu.—In notoriis non admittitur appellatio. In dubiis causa probabilis coram Judice est exprimenda, quæ debeat legitima reputari; quam si non prosequitur, Judex à quo in causa procedat. Idem si prosequitur, et non probat. Hæc autem constitutio non extenditur ad Regulares.

62. *Cum causam.*—Si Judex confessionem advocati eadem die revocatum pro litis contestatione velit habere, vel processum à subdelegato subdelegati factum ratificat, licet appellatur.

63. *Dilecto.*—Non sufficit appellanti docere, quod exceptionem legitimam et veram opposuit, et appellavit; nisi doceat propter exceptionem non admissam appellasse.

- | | |
|---|---|
| 55 Idem Ep. Coatori et M. Archid. Trecen. | 60 Idem ibid. |
| 56 Idem Mediol. Archip. | 61 Idem ibid. |
| 57 Idem Ab. S. Felic. et G. Canon. Bonon. | 62 Honor. III. Decan. Cancell. et Cantuar. Lincon. I. |
| 58 Idem. | 65 Idem Decan. Thesaur. et P. Petr. Canon. Zamor. |
| 59 Idem in Conc. Later. | |

64. *Nicolao*.—Appellans, qui terminum appell. præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum, et contradicendum tantum, et appellatio fuit recepta à Judice, vel approbata à parte, adversario legitimè prosequenti condemnatur in expensis. Glos. aliud sentit.

65. *Sua*.—Ab eadem sententia ab eodem litigatore tertio appellare non licet.

66. *Dilecti filii*.—Appellatio omissio medio Judice interposita, causam non devolvit, exceptione opposita.—Excepto summo Pontifice cap. *Per tuas* de sent. excom. et cap. *Cordi* 4. hoc eodem tit. in 6., ac excepto Legato Sedis Apostol. cap. *Cum non* 1. de offic. Legat., et olim quatuor Patriarchis majoribus in causis suarum provinciarum ex speciali privilegio Apostol. cap. *Antiqua* 23. de privileg. ad quos quisque appellare potest, omissio medio.

67. *Ex parte*.—Si is, qui desiit esse tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit appellare.

68. *Intimasti*.—Si Judex de jure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus edere: aliàs ejus verbis consultationis fides non adhibetur.

69. *Significante*.—Si ante litem contestatam circa principale negotium Judex aliquid innovat, vel diem assignatum sine causa prævenit, licet appellatur: et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non servavit formam mandati, auditur appellans etiam post annum.

70. *Interposita*.—Ad justificandam appellationem ex causa interpositam, probare oportet causæ veritatem coram Judice à quo oblata probatio, et rejecta.—Si appellatio non fuit recepta à Judice, vel approbata à parte, sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum et contradicendum, licet pars adversa sit parata in curia prosequi.—Ante inchoatam prosecutionem appellationis appellans potest, si vult, invito appellato, petere, ut remittatur ad Judicem à quo, sed condemnabitur in expensis factis per partem adversam in illa appellatione.—Articulus appellationis interpositæ à gravamine discutitur per Judicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in appellatione, vel principali causa.

71. *Inquisitioni*.—Clausula appellatione remota, in medio litterarum posita respicit præmissa, quibus anectitur, non sequentia, nisi repetatur in fine litterarum: et hoc si negotia sunt separata.

72. *Una sententia*.—Appellatio unius prodest alteri, si communi jure

64 Idem S. Andr. et Diviched. Archid. et Joan. Canon. Diviched.

65 Idem Ep. Manturien. et N. Presb. Canon. Tuscaniæ.

66 Idem G. Archid. et Official. Lemovic. et Archip. de Notron. Lemovic. Diac.

67 Greg. IX. Magistr. Scholar. II. et

G. De Rupe Canon. S. Andoniani Morin. Diac.

68 Idem Mag. et Fratrib. S. Jo. Hierosol. Morien.

69 Idem Archiep. et G. Canon. Turon.

70 Idem.

71 Idem.

72 Idem.

juventur, et idem sit negotium, et eadem defensionis causa, et sint eadem sententia condemnati; aliàs secus.

73. *Si justus*.—Justus metus excusat, adeo quod non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, et appellationis causas duxerit exprimendas.

IN SEXTO—Ibi tit. XV.

Cap. 1. *Cordi*.—Appellans ad Papam in judicio vel extra, appellare debet in scriptis, et causam exprimere, et apostolos petere. Si vult, et petit appellatus, principales personæ per se vel per procuratores instructos super principali accedere debent ad Papam. In appellationibus à sententia definitiva interpositis nil mutatur. Demum utrique contrafacienti imponitur pœna.—Vide moderationem Elencho II. n. 59.

2. *Legitima*.—Judex, qui recusatur, statuit competens tempus arbitris ad finiendam causam: quo elapso, si finita non fuerit, in principali procedit.

3. *Romana*.—De officiali Episcopi non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellatur.—A subdito Episcopi ad ipsum, non ad Archiepiscopum appellatur, nisi aliud esset de consuetudine.—Archiepiscopus causam appellationis ab Episcopo interpositæ non debet committere, vel partes citare, nisi in appellatione probabilis causa sit expressa.—Si negetur per appellationem negotium devolutum, non inhibebit Archiepiscopus Judicem principalis causæ procedere; nisi prius, de devolutione constiterit.—Si dicitur ex injusta causa appellatum, Archiepiscopus inhibere non potest, nisi prius, recepta appellatione ut probabili, incipiat cognoscere de causæ veritate.—Licet dicatur appellatum à definitiva in casu prohibito à jure, ex quo de hoc Archiepiscopus cognoscere cœperit, potest inhibere, ne sententia executioni mandetur.—Archiepiscopus in tertiam personam (post inhibitionem suam in causa per appellationem delata ad ipsum) aliquid innovantem, jurisdictionem exercere non potest.—Archiepiscopus appellantem in aliis causis, à jurisdictione Episcopi non potest eximere.—Ab Episcopis in causis, quibus jurisdictionem temporalem habent, de jure debet ad Archiepiscopum appellari, nisi speciale jus aliud inducat.—Censuram ecclesiasticam in appellantem prolatam per Episcopum, Archiepiscopus revocare non potest, nisi partibus vocatis, et de causa legitimè cognito.—Ex quo Archiepiscopus pronunciaverit malè appellatum ante sententiam, statim debet causam ad suffraganeum remittere.—Vide innovationem Elencho IV. n. 8.

4. *Ut super*.—Si Judex requisitus non tradit apostolos, et postea procedit in causa, non valet processus; nisi renunciatum fuisset appellationi.

5. *Cum appellationibus*.—Judex appellationis iniquè appellantem ante sententiam remittere debet ad Judicem principalem, et in expensis condemnare; et hoc si principalis Judex non detulerat appellationi; sed si de-

75 Idem.

1 Innoc. IV. in Conc. Lugdun.

2 Idem.

5 Idem.

4 Idem.

5 Clem. IV.

tulit, non fiet remissio de necessitate. In appellationibus interpositis a definitiva, antiqua jura servantur.

6. *Ab eo.*—Si appellans intra triginta dies instanter non petit apostolos, appellationi renunciat. Si Judex modo debito requisitus illos non tradit, sed postea procedit, non valet ejus processus.

7. *Non solum.*—Innovata per Judicem post definitivam sententiam, a qua appellatum extitit, revocantur statim per Judicem appellationis, etiamsi ante appellationem fuerint innovata. Attentata verò post appellationem ante definitivam non revocantur, nisi primò de veritate constiterit, nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuissent.

8. *Concertationi.*—Qui appellat extra judicium, intra decem dies, ex quo scivit gravamen, appellare debet: postea per remedium juris communis audietur, sed non per appellationis remedium.

9. *Appellatio.*—Valet appellatio in scriptis porrecta, licet coram Judice non legatur.

10. *Si à Judice.*—Judex à quo compellere non potest appellantem à gravamine ipsius veritatem probare; licet citare possit ad ipsius revocationem audiendam; qua facta, in causa procedere poterit, ejus contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset.

11. *A collatione.*—A collatione Capituli ad Episcopum appellatur, si ut Canonicus interfuit; secus si ut Prælati.

12. *Licet.*—Per appellationem interpositam à definitiva, revocari potest interlocutoria principali negotio præjudicans; aliàs non.

IN CLEMENTINIS.—Ibi tit. XII.

Cap. 4. *Si à Judicibus.*—Valet appellatio coram majori parte plurium Judicum, sed appellato est appellatio, delatio, et termini præfixio intimanda.—Vide cap. *Cum super* 23. de offic. et potest. Judic. deleg., ubi Gloss. Verbo *Simul.* **

2. *Quamvis.*—Sufficit apostolos peti uno contextu sæpius, et instanter; ad quos recipiendos, si Judex certum terminum statuatur, appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat. Idem cum Judex statuit terminum juris incertum, intra quem appellans illos debite non petivit, vel oblatos recipere renuit. Sed appellans non habens apostolos, appellationem prosequi potest:—1.º Cum Judex eos petenti non dederit intra terminum à se præfixum.—2.º Cum ei responderit se illum daturum, nullo certo termino sibi præfixo.—3.º Cum intra juris terminum se eos asseruit velle dare, et postea per appellantem congruo loco et tempore sæpius uno contextu requisitus eosdem non curaverit intra eundem terminum exhibere

3. *Sicut.*—Appellans prosequi et finire tenetur appellationem extra-

6 Bonif. VIII.
7 Idem.
8 Idem.
9 Idem.
10 Idem.

11 Idem.
12 Idem.
1 Clem. V. in Conc. Vien.
2 Idem.
3 Idem.

judicialem intra annum à die interpositæ appellationis, vel illati gravaminis: quo non facto, impedimento justo cessante, appellatio est deserta.

4. *Quamdiu.*—Tempus ad prosequendam appellationem ab homine, vel à jure præfixum, non currit appellanti compromisso durante, vel de partium expresso consensu; nisi periculo imminente, ex mora Judex aliud decernat.

5. *Appellanti.*—Ante definitivam appellanti non licet prosequi causas in appellatione nominatim non expressas. Nec processus primi Judicis justificari, vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo

6. *Si appellationem.*—Prosequutio appellationis desertæ non impedit, quin sententia censeatur in rem judicatam transivisse.

7. *Cum à repulsione.*—A peremptoria repulsa ex alio, quam propter ineptitudinem, secundò appellans, et succumbens, non auditur super ea in appellatione à definitiva.

TIT. XXIX.—DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS.

Cap. un. *Conquerente.*—Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad Sedem Apostolicam non est aliquid innovandum.—Vide cap. 10. Bullæ Cœnæ. **

TIT. XXX.—DE CONFIRMATIONE UTILI VEL INUTILI.

Cap. 4. *Si quis.*—De re scienter confirmata à Papa inferior cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quis subreptitia, vel de re litigiosa.

2. *De confirmationibus.*—Idem dicit.

3. *Bonæ.*—Litteræ confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiosè prævenit appellantem; aliàs pendet, donec de appellatione cognoscatur.

4. *Cum dilectæ.*—Innovatio privilegii novum jus non tribuit, sed antiquum confirmat.

5. *Ad nostram.*—Non valet confirmatio, quam religiosus impetravit à Papa super temporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem: si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum, quia Papa non consuevit concedere.

6. *Porrecta.*—Idem dicit.

7. *Examinata.*—Sententia, seu laudum contra formam juris, vel com-

4 Idem.

5 Idem.

6 Idem.

7 Idem.

U. Cælest. III. Ambian. Episc.

4 Alex. III. Exon. Episc.

2 Idem Wigoren. Episc. (Hoc. c. in

Gonzal. incidit ex parte.)

5 Cælest. III.

4 Innoc. III. Episc. Decan. Paderburg. in Saxon.

5 Idem Episc. et Præposit. Uticen.

6 Idem Ab. Imol.

7 Idem. Matth. De Rivariis.

promissi latum per arbitros, licet à Papa in forma communi confirmatum, non tenet.

8. *Venerabilis*.—In confirmatione ex certa scientia dictio *sicut* ponitur causative: nec nocet, si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.

9. *Sua*.—Collatio Ecclesiæ alteri facta per Legatum, et à Papa confirmata jus diœcesani non lædit.

- 8 Honor. III. Hugoni I. Regi Cypri. Hen I. Filio. etc. 9 Idem Univers. Ab. et Prælat. Conven. et Cleric. Constant. et Calced Diœc.

ELENCHUS I

Decretalium expresse vel tacite correctarum a posterioribus Decretalibus, partim abrogatione, partim derogatione, partim moderatione; servato ordine titularum ac capitulorum in unoquoque libro.

LIBER PRIMUS.

TIT. III.—DE RESCRIPTIS.

1. Decretali Alex. III. relatæ in cap. *Ex parte* 2. præcipientis falsificantem litteras apostolicas à solo Papa esse judicandum, et ideo ad eum ab Ordinariis esse mittendum vinctum, tacitè derogatum est ab Innoc. III. statuente cap. *Ad falsariorum* 7. de crim. fals., puniendum esse à suo Ordinario, dummodo non sit ab hoc carceratus de mandato Papæ: Vide Fagn. in cit. c. 7. n. 65.

2. Decretalis Innocent. III. relatæ in cap. *Nonnulli* 28. decernentis, ne per litteras apostolicas, quibus causæ judicandæ committuntur, quisquam trahatur ultra duas dietas extrâ suam diœcesim, nisi vel constet has litteras de partium consensu fuisse impetratas, vel huic Decretali expresse in iisdem litteris fuisse derogatum, restricta est à Bonifac. VIII. cap. *Statutum* 11. §§. *Cum vero*, et *Cum autem*, et cap. *Hac constitutione* 15. §. *Conservatores* de Offic. et Potest. Jud. deleg. in 6. statuente, ne committantur ultra unam dietam à finibus diœcesi computandam, et à finibus diœcesis rei, si sit diversæ diœcesis ab illa actoris.—Pro dieta intellige non legalem, id est, continentem viginti milliaria, sed vulgarem secundum consuetudinem regionis. Fagnan. in cit. cap. *Nonnulli* n. 6.

TIT. IV.—DE ELECTIONE.

3. Decretali Alex. III. relatæ in cap. *Cum in cunctis* 7. decernentis:—1.º §. *Inferiora*, ne ulli conferatur Ecclesia parochialis, nisi 25 annuum attigerit, prohibendo tantum, non irritando collationem:—2.º ut si absque legitimo impedimento, elapso anno post illius possessionem non fuerit ordinatus sacerdos, prius monendus sit, quatenus infra annum ordinetur; et si post monitionem fuerit contumax, privandus sit per sententiam, expresse derogatum est à Greg. X. cap. *Licet canon* 14. hoc eod. tit. in 6. irritante hujusmodi collationem, et declarante: sic provisum non monendum, sed esse ipso jure privatum.

4. Decretalis ejusdem relatæ in cap. *Nosti* 9. simpliciter prohibentis Electionem administrationem ante confirmationem, ampliata est à Greg. X. ut n. seq.